



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 54. Stanislaus Lescinskyus a Clemente Papa pro Rege legitimo habitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](#)

nisi factioni suæ addictis: mox tamen Sæc. XVIII.  
 Primas tormenta explodi, & prius- A.C. 1733.  
 quam Ecclesiam pro decantando Hym-  
 no Ambrosiano adiret, Tugurium  
 Comitiale exuri jussit; fatali civilis  
 belli incendio prolusurus. Postea Wis-  
 niowiskius tanquam proditor & hostis  
 patriæ proclamatus est, infausto pror-  
 fus omine.

### §. LIV.

*Stanislaus Lescinskyus a Papa pro  
 Rege habitus.*

Peracta discordi hac electione Poto-  
 ckius Primas datis ad Papam li-  
 teris eundem de successu certiorem  
 reddidit, & Stanislaum cum plena  
 Reipublicæ libertate, sine ulla armo-  
 rum vi ab omnibus ferme Palatinatibus  
 & cum summo desiderio a sexaginta  
 & amplius millibus hominum, & ab  
 eligente populo in Poloniæ Regem  
 suisse assumptum significavit. Accepto  
 hoc nuntio Clemens XII. confessim Sta-  
 nislaum universis quasi suffragiis ele-  
 ctum Regem agnovit, atque humani-  
 tatis & gratulationis testificationibus  
 refertas literas ad Eundem perscri-  
 psit, suo etiam Nuntio Apostolico  
 præcepit, ut illum Pontificis nomine  
 omni officiorum genere præcoleret.

S 5

His

Sæc. XVIII. His consecatis, qui Augusti Ele  
A.C. 1733 partibus favebant, in vulgus spati  
libellum, cuius Auctor fingebat  
Clemente Papa quatuor Theolo  
fuisse deputatos, qui discuterent  
validum sit Polonorum juramentum  
quo nempe se ante electionis com  
obstrinxere, se neminem nisi na  
ne Polonum, ac proprii sanguini  
Regem electuros: Hoc autem  
ramento Polonos haud teneri  
Theologis fuisse responsum, con  
nisciebatur Author; ut vero a Roma  
Urbis & Pontificis nomine hoc scripsi  
plus auctoritatis habere videretur,  
que artificio Poloni deciperentur  
facilius hi veluti Pontificis sententia  
acquiescerent, eidem hunc præfixum  
lum: *Resolutio ROMANA Theologa*  
*a SS. Domino Nostro Papa CLEMENTE*  
*XII. deputatorum super nullitate & va*  
*liditate juramenti tempore convocationi*  
*mitiorum praestiti, ab Eminentissimo*  
*Reverendissimo Domino Cardinale S.*  
*mentis Regni Poloniae Protectore in*  
*missa.* Attamen Clemens pristinis  
bis novas in eo Regno superadi  
gerrime ferens, Auctoris temerita  
inultam abire noluit; quapropter  
fictam hanc consultationem pu  
damnavit, in ejusque Authores an  
advertisit. Referunt Scriptores,

Consultationem a selectis Theologis Sæc. XVIII.  
Romæ fuisse factam, urgente Hanni- A.C. 1733-  
bale Cardinale Albano, qui cum Po-  
lonici Regni Protector, & Saxoniæ Ele-  
ctoris fautor eximius esset, ejusque e-  
lectionem a quibusdam ob præfatum  
juramentum minus legitimam existi-  
mari, doloreret, hoc scriptum confici cu-  
rarit, illudque unacum Augusti novi  
Regis epistola summo Pontifici obtulerit,  
ejusque confirmationem obtainuerit; post-  
quam vero Franciæ Rex per suum Ora-  
torem additis etiam minis contra hanc  
consultationem vehementer reclama-  
set, Pontifex pejora mala veritus, scri-  
ptum hoc edito diplomate rejecerit, at-  
que in Albanum Cardinalem maxi-  
mam conceperit indignationem.

### §. LV.

*Fridericus Augustus III. Saxoniæ  
Elector in Poloniæ Regem  
proclamatus.*

Interim Ordines confœderati, qui Pra-  
gæ agentes contra Stanislai electio-  
nem reclamabant, tanto indies auge-  
bantur numero ac potentia, ut plus-  
quam decem Nobilium millia recense-  
rentur, atque inter eos præcipue unde-  
cim Episcopi & centum quadraginta  
Magnates, octo Principes Palatini,  
&